

DINI
.....
.....
onale
enze



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.6.72




GUIC
Bibliot
Centra



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.6.72



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.6.72



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 3.6.72

GUICCIARDINI


3


6


72


Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze


3-6-72














Expositio ac meditatio in psalmū
Misere. fratris Hieronymi de Ferraria ordinis predi-
catoru. n. quam in vltimis diebus vite sue edidit.





In dicitur epistola ac medita
tio in psalmū Misere. fratris
Hieronymi de ferraria ordinis
predicatorū quam in vltimis die
bus vite sue edidit.

I Misere ego omnium auxi
lio destitutus. qui celū
terraque offendi. Quo
libo. Quo me vertam.
Ad quē confugā. Quis mei mi
sererit. Ad celum oculos leuare
nō audeo. quia ei grauitē pecca
ui. In terra refugium non inuenio.
quia ei scandalū fui. Quid igitur
faciā. Desperabo. Absit. Misere
coris deus. pins est saluator me
us. Solus igit deus refugium
meū. ipse non despiciet opus suū
non repellat imaginē suā. Ad te
igitur piissime deus tristis ac me
rens venio. quoniam tu solus spes
mea tu solus refugium meū. Quid
aut dicam tibi. cum oculos leuare
non audeā. Verba doloris effun
dam. misericordiā tuam implo
bo. dicam.

Misere mei de
us scōz magnā
misericordiā tu
am. Deus qui lu
cem habuit in
accessibilem. Deus absconditus
qui oculis corporeis videri non
potest. nec intellectu creato comp
hendi. nec lingua hoim seu ange
lorū explicari. Deus meus te in
comprehensibilem quero. te ineffabi

lem inuoco. quicquid es. qui viles
es. Scio enim te summā esse. rem
sistamen es res. et non potius om
nium rerum causa. si tamen et causa.
Non enim inuenio nomē. quomodo
tuā ineffabilem maiestatem nomi
nare queā. Deus inquam qui es.
quicquid in te est. Tu es enim ipsa
sapientia tua. bonitas tua. poten
tia tua. et summa felicitas tua. Cū
itaque sis misericors. quid es. nisi
ipsa misericordia. Quid aut sum
ego nisi ipsa miseria. Ecce ergo o
deus misericordia. Ecce miseria
coras te. Quid facies o misericor
dia. certe opus tuū. Nunquid po
teris recedere a natura tua. Et quod
opus tuū. Misere tolle hoicō
miseros subleuare. Ergo misere
re mei deus. Deus in quō misere
cor dia tolle miseriā meam. tolle pec
cata mea. et enim sunt summa mi
seria mea. Subleua me miserum
ostende in me opus tuū. exerce in
me virtutē tuā. Abissus abissus
inuocat. Abissus misere inuocat
abissum misericordie. Abissus
peccatorum inuocat abissum gra
tiarū. Maior est abissus misere
cordie quā abissus miserie. Absor
beat ergo abissus abissum. Ab
sorbeat abissus misericordie abissum
miserie. Misere mei deus scōz
magnā misericordiā tuam. Non
scōm misericordiā hoim que par
ua est. sed scōm tuaz. que magna
est. que imensa est. que incompre
hensibilis est. que omnia peccata tu

imensum excedit. Scdm illā mā
gnā misericordiā tuā. qua sic di
lexisti mundū. vt filiū tuū vntige
nitū dares. Que maior misericor
dia esse pōt. Que maior caritas.
Quis desperare pōt. Quis non
cōfidere. Deus factus est homo
z pro hoibus crucifixus est. Mi
serere ergo deus scdm hanc mā
gnā misericordiā tuā. qua filium
tuū pro nobis tradidisti qua per
ipsum peccata mundi abstulisti.
qua per crucē eius oēs hoies illu
minasti. qua ea que in celis z que
in teris per ipsum instaurasti.
Lava me dñe in sanguine eius. il
lumina me in humilitate eius. in
staura me in resurrectione eius.
Misere mei deus. nō scōz par
uam misericordiā tuā. parua em
misericordiā tua est. cū hoies cor
poralibus miseris subleuas. ma
gna autē quādo peccata dimittis
z hoies per grā tuā super al
titudinem terre sustollis. Ita dñe
misere mei scdm hanc magnā
misericordiā tuā vt me ad te cō
uertas. vt peccata mea deleas. vt
per grā tuā me iustifices.

Et scdm multitudinē misera
tionū tuarū dele iniquitatē meā.
Misericordiā tuā dñe est habun
dantia pietatis tue. qua miseros
pie respicis. Miserationes autē
tue sunt opera z processus miseri
cordie tue. Venit maria magdale
na ad pedes tuos bone Ihesu.
lachrymis eos lauit. capillis ab

sterxit. indulxisti ei. z in pace eam
remisisti. Hec vna miseratio tua
dñe. Petrus negauit z cum iura
mento detestatus est te. respexit
eum. amare fleuit indulxisti ei z
principem apostolorū cum cōfir
masti. hec iterū miseratio tua dñe
Latro in cruce vntico verbo salua
tus est. Paulus in persecutionis
feruore vocatus. statim spū sancto
repletus est. De sunt miseratiōes
tue dñe. Deficeret omne tempus
si omnes miseratiōes tuas nume
rare vellem. Quot enim iusti tot
miseratiōes. Nullus gloriari pōt
in semetipso. veniant oēs iusti si
ue in celo siue in terra z interoge
mus eos coram te. an in sua vītra
te salut facti sint. Certe oēs vno
corde. vno ore respondebūt. Nō
nobis dñe non nobis. sed nomi
ni tuo da glorias. Super miseri
cordia tua z veritate tua. nec em
in gladio suo possederunt terram
z brachiū eorū non saluabit eos.
sed dextera tua z brachium tuum
z illuminatio vultus tui. quoniā
cōplacuiisti in eis. id est non ex me
ritis eorum. non ex operibus sal
uati sunt. ne quis gloriari possit.
sed quia ita placitū est coram te.
quod z expressius de te propheta
dixit. cū ait. Saluū me fecit. qm̄
voluit me. Cum itaq; tu sis idem
deus apud quem nō est transmu
tatio nec vicissitudinis obumbra
tio. z nos creature tue sicut z pa
tres nostri qui ex concupiscentia

nat sunt peccatores. sicut et nos. vnusq; sit mediator dei et hominum christus Iesus qui manet in eternum Cur miserationes tuas non effundis super nos. quemadmodum et effundisti super patres nostros. An oblitus es nostri. an nos soli peccatores an non pro nobis mortuus est christus. an nulle amplius supersunt misericordie. Domine deus noster te rogo. te obsecro. dele iniquitatem meam. secundum multitudinem miserationum tuarum. Nam multe et infinite sunt miserationes tue ut videlicet secundum multitudinem miserationum tuarum deleas iniquitatem meam. ut sicut innumerabiles peccatores etiam traxisti. suscepisti. et iustos reddidisti ita me trahere. suscipere et iustum pro gratiam tuam reddere digneris. Secundum ergo multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Absterge cor meum. ut omni iniquitate deleta ac omni immundicia expulsa fiat sicut tabula munda. in qua digitus des leges caritatis sue scribat. cuius qua babitare nulla potest iniquitas.

Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me. Fateor domine semel delisti iniquitatem meam. Delisti iterum. lauasti me milies. adhuc laua me ab iniquitate mea. quia iterum cecidi. Nunquid ad certum numerum parcis homini peccatori. Qui Petro interroganti quoties peccabit in me frater meus et dimittat ei septies. respondisti

non dico septies. sed et septuagies septies. numerum finitum per infinitum accipiens. Nunquid ergo indulgentia superabis ab homine. nonne maior deus homine nonne melior homine. Quinimo deus magnus dominus. et vniuersa vanitas omnis homo viuens. et solus deus bonus. omnis autem homo mendax. Nonne tu dixisti. In quocumque die ingemuerit peccator. omnem iniquitatem eius non recordabor. Ecce ego peccator ingemisco. quia corrupte sunt carnes mee a facie insipientie mee Miser factus sum et curuatus sum usque in finem. tota die contristatus ingredior ad te afflictus sum et humiliatus sum valde. rugio a gemitu cordis. Domine ante te omne desiderium meum. et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me. Dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum Cur ergo domine non deles iniquitatem meam. et si iam delesti eam secundum multitudinem miserationum tuarum Amplius laua me ab iniquitate mea. Adhuc enim implete mundatus sum profice opus tuum. tolle culpam vniuersam. tolle reatum. adauge lumen. accende cor meum caritate tua. expelle timorem. quia perfecta caritas foras mittit timorem. amor mundi. amor carnis. amor glorie. amor propius pro: sus a me recedant. Amplius et magis ac magis. Laua me ab iniquitate mea.

Qua cōtra proxīmū peccant & a peccato meo q̄ deū offendī mun da me. Ut nō solū culpā & reatus sed etiā peccatorū fomītē deleas. Lava me in q̄s aqua gratiarū tua rū. aqua de qua q̄ biberit. nō sitiet in eternū. sed sicut in eo fons aque filientis in vitā eternā. Lava me aqua lachrymarū mearū. Lava me aq̄ scripturarū tuarū. vt inter eos cōnumerari valeā. q̄bus dixit isti sam vos mundi estis. p̄pter ser mōnē meum.

Qm̄ iniquitatē meā ego cogno sco. & pctm̄ meū contra me est sp̄. Quāuis. n. ex intuitu misericōdie tue & miserationū tuarū dñe fiducia liter ad te cōfugiā. nō tñ venis si cut p̄bariseus. q̄ sanctus apud se orabat imo seipm̄ laudabat & p̄ri mū suū despiciebat. s̄ sicut publi canus q̄ nec audebat ad celū ocu los leuare. Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco. Duz. n. peccata mea p̄ se. non audeo sursum oculos leua re. s̄ cū publicano humiliatus di co. Deus p̄picius esto mihi pctō ri. Nā inter spem & metū aīa mea fluctuat. & modo timore peccato rū q̄ in me cognosco despero. mō spe misericōdie tue subleuor. ve rus q̄ maior est misericōdia tua q̄ miseria mea. semp in te dñe spe rabo & misericōdias tuas in eter num cantabo. Scio. n. q̄ nō vis mortē peccatoris. s̄ vt conuertat sed vt iniquitatē suā cognoscat. sed vt pctm̄ deserat & ad te ventat & vi

uat. Deus meus da mihi vt in te viuam. Qm̄ iniquitatē meā ego cogno sco. scio. n. quā grauis sit quā multa quā p̄niciosa. non ignoro eā. non abscondo. sed eā ante ocu los meos sisto vt lauē eam lachry mis meis. & cōfitear aduersus me in iusticiā meā dño. Nā & pecca tū meū. quo sup̄be contra te egi. contra me est semp̄ ideo cōtra me q̄ contra te peccaui. vere contra me. q̄ contra aiām meam. q̄ ante te iudicē semp̄ me accusat. q̄ sem per & vbiq̄ me dānat. & adeo con tra me vt sit semp̄ coras me oppo nens se mihi. ne ad te mea trāseat oīs. vt a me tollat misericōdiam tuā vt eā impediāt. ne ad me tran sire possit ideo contremisco. ideo ingemisco. ideo misericōdiā tuā iploro. Sicut ergo dñe tu mihi donasti cognoscere iniquitatē meā & flere peccatū meū. ita p̄fice con tritiouē meā imple confessionē meam. perduc. ad finē satisfactio nem meam. Omne. n. datus opti mū & omne donū p̄fectum desur sum est descēdēs a patre luminū.

Tibi soli peccaui & malū co ram te feci vt iustificeris in sermo nibus tuis & vincas cū iudicaris Nimiū tibi soli peccaui. q̄ mihi p̄cepisti vt diligeres te p̄pter te & creaturarū amorē ad te referrem. ego autē dilexi creaturā magis q̄ te. diligens eas propter se. Quid est autē peccare. nisi amore inhere re creature. p̄pter se. Quid autē

hoc nisi facere contra te. Certe q̄
amat creaturā, p̄pter se . facit crea
turā deū suum. Ego itaq; tibi so
li peccaui. qz creaturā deū meum
constitui. Abieci ergo te. et tibi so
li iniuriam feci. Non enim contra
aliquā creaturā peccaui. si finem
meum in te creata constitui. quia
non mihi p̄ceptū fuit. vt aliquam
creaturam diligerem propter se.
Si. n. mihi mandasses. vt angelū
solum. p̄pter se amarem. et ego pe
cuniam. p̄pter se dilexissē. vtiq;
angelo peccassē. at cuz tu solus
diligendus sis p̄pter te et creatu
ra amanda sit in te et ad te. equidē
tibi soli peccaui. qn̄. p̄pter se crea
turam amavi. Sed qd̄ deterius
est. Et malum coram te feci. Nō
enim erubui peccare coras te. O
deus quot peccata cōmisi coram
te. que nullo pacto coras hoibus
perperassē. imo que nullo mo
do hoies scire voluissē. Timui
magis hoies q̄ te. qz cecus eram
et cecitatē amabam. ideo nec vide
bam nec considerabas te. oculos
solum carnis habebā. ideo solum
hoies q̄ caro sunt. cernebas cosq;
timebas. verū tu oia peccata mea
intuebaris et enumerabas ea. id
circo nec ea celare tibi. nec tergī
uerfari nec fugere a facie tua pote
ro. Quo ibo a spiritu tuo. et quo
a facie tua fugiam. Quid igit̄ fa
ciam. Quo me vertam. Quem in
ueniā defensorē. Quē obsecro. ni
si te deus meus. Quis adeo bo
nus. Quis ita pius. Quis ita mi
sericors. Qui pietate omnes crea
turas incomphensibiliter supas.
Tibi em̄ propitium est misereri et
parcere. qui omnipotentā tuam
maxime parcendo et miserando
manifestas. fateor dñe tibi soli
peccaui et malū coras te feci. Mi
serere mei et oipotentiā tuam ma
nifesta in me. Ut iustificeris i ser
monibus tuis. Nam tu dixisti. nō
veni vocare iustos. s; peccatores
ad p̄niam. Iustifica me dñe i ser
mōibus tuis. voca me suscipe me
da mihi agere fructū dignū pen
tentie. propter hoc em̄ crucifixus
es. propterea mortuus es et sepul
tus. Dixisti etiam cum exaltatus
fueris a terra oia trahā ad meipm̄
Iustificare in sermonibus tuis.
Trabe me post te. curremus in
odorē vnguentorū tuorum. Dixi
stis iterum venite ad me oēs qui la
boratis et onerati estis. et ego resi
clam vos. Ecce ego venio ad te
onus peccatis. laborās die ac
nocte in gemitu cordis mei. Re
fice me dñe. vt iustificeris in ser
monibus tuis. Et vincas cum tu
dicaris. Nam multi dicunt non
est salus ipsi in deo eius. Deus
dereliquit eum. Uince domū e
stos. cum ira iudicaris ab eis. ne
me derelinquas vsq; quaq;. Da
mihi misericordiam et salutem. et
vteri fuit. Bunt enim q; mei nō
misereris q; me. p̄ncies a facie
tua. q; me amplius nō suscipies.

Ira iudicantis ab hominibus. Ita de te loquuntur homines hec sunt eorum iudicia. sed tu pius. tu misericors miserere mei. et vince eorum iudicia ostende in me misericordiam tuam. laude in me pietas tua. fac me unum de vasculis misericordie tue. ut iustificeris in sermonibus tuis. et vincas cum iudicatis. Te. n. homines iudicant rigidum et severum. vince tuam pietate et dulcedine iudicium eorum ut discant homines peccatoribus misereri. et accedant delinquentes ad penitentiam videntes in me pietatem et misericordiam tuam.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis conceptus me mater mea. Ne respicias domine gravitatem peccatorum meorum. ne consideres multitudinem sed agnosce figmentum tuum. Recordare quoniam pulvis sum et cinis caro ut fenulum. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis conceptus me mater mea. Mater inquam carnalis ex concupiscentia me conceptus et in ea peccatus originale contractus. Quid autem est peccatus originale nisi privatio iusticie originalis et rectitudinis totius hominis. Ideo homo conceptus et natus in hominis peccato totus obliquus est totus curvus. Caro concupiscit adversus spiritum. ratio debilis est voluntas infirma. homo fragilis et similis vanitati. sensus decipiunt eum. imaginatio fallit. ignorantia ducit eum in errorem. infinita habet obstacula que ipsum a bono retrahunt. et ad malum

impellunt. peccatum itaque originale radix est omnium peccatorum. fomes omnium iniquitatum. Quavis. n. in quolibet homine ex natura sua sit unus. virtute tamen est omnia peccata. Vides itaque domine quod sum et unde sum in peccato. n. originale. quod omnes iniquitates et omnia peccata continent. conceptus sum. et in eo conceptus me mater mea. In peccatis ergo totus et laqueis vinctus circumdatus. quomodo effugere poteris. Non. n. quod volo hoc ago. sed quod nolo malum. hoc facio. quia inveniuntur aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivantem me in lege peccati et mortis. Eo itaque magis pietas tua me subleuet. quam me fragiliorum et tot laqueis circumdatum intruet. Quis non misertus infirmo. Quis non compatitur languido. veni veni dulcis samaritane. et vulneratum semivivum subleua. vulnera mea cura. vinum et oleum infunde. pone me super iumentum tuum duc in stabulum. comedam me stabulario. profer dominos denarios. et dic ei. quicquid superogaveris. ego eum reddere reddam tibi.

Ecce. n. veritatem dilexisti. incerta et occulta sapientie tue manifesta sunt mihi. Veni dulcissime samaritane. ecce. n. veritatem dilexisti. veritatem inquam promissionum quas humano generi fecisti. eas nimirum dilexisti. quia eas fecisti et servastis nam tuum diligere. ipsum est benefacere. In te enim. ipso imitabilis es. nec sicut nos modo amas.

modo non amas. ut actus tue dilectionis transeat et redeat. Sed tu es totus amor qui nunquam mutatur deus enim caritas est. Tuum itaque diligere creaturam. est et benefacere et quibus melius facis. hos magis diligis. Quid est ergo tuum diligere veritatem. nisi facere et seruare veritatem. Abrahe promissisti filium cum iam esset senex et Sara sterilis et uetula. promissionem seruasti. quia ueritatem dilexisti. filius israel rerram fluentem lac et mel spondesti et tandem tradidisti. quia ueritates dilexisti. Dauid pollicens es dicens. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. factum est. quia ueritatem dilexisti. Innumerabiles fuere promissiones tue. in quibus semper fidelis fuisti. quia ueritatem dilexisti. Peccatoribus ad te confugiens ueniam et gratiam promissisti. et neminem unquam fraudasti. quia ueritatem dilexisti. filius ille prodigus qui abiit in regionem longinquam et dissipauit uniuersam substantiam suam uiuendo luxuriose ad se reuersus. uenit ad te dicens. Pater peccaui in celum et coram te. iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercenariis tuis. cum adhuc longe esset oculis tue pietatis intuitus es eum occurristi ei. cecidisti super collum eius. et oscularus es eum. protulisti stollam primam. annulum in manu eius. et calciamenta in pedes eius posuisti. uitulum saginatum occidisti

totam domum lectificasti dicens. Letemur et epulemur quia hic filius meus mortuus erat et reuixit. perierat et inuentus est. Cur hec dicit deus. Nempe quia ueritatem dilexisti. Dilige ergo pater misericordiarum hanc ueritatem in me qui ad te reuerto de regione longinqua occurre mihi et osculum oris tui da redde prima ornamenta. trahere me in domum tuam. occide uitulum saginatum ut in me letent omnes qui sperant in te. et pariter epulemur in conuiuijs spiritualibus Num dicit mihi soli non custodies hanc ueritatem. si iniquitatem obseruaueris domine. dicit quis sustinebit. equidem tu non obseruabis iniquitatem. quia ueritatem dilexisti. Dilexisti quidem immenso amore. que namque est ueritas quam dilexisti. Nonne filius tuus. Qui dixit ego sum uia ueritas et uita. Ipse enim est ueritas a qua omnis ueritas in celo et in terra notatur. hanc igitur dilexisti et in ea sola tibi complacuisse. et quid est quod in ea sola tibi complacuisse. quia eam solas sine macula inuenisti. et pro peccatoribus eam morti uoluisti. Custodi ergo deus hanc ueritatem ecce ego peccator magnus in quo tu custodias eam. cui tu indulgeas peccata multa. quem sanguine christi tui abluas. quem per passionem eius redimas. Cur dicit hanc de filio tuo noticias. cur hanc de eo fide tradidisti mihi. Num ut maior afficiat dolore. uidens redem

personam meam et minime attingens
et in. Absit. Sed ut intelliges mihi
paratam ventam apprehendas illam
propter gratiam. Redime ergo me domine
nam incerta et occulta sapientie tue
manifestasti mihi ut hec ipsa cog
nitio me adiuuet et ad salutem produ
cat. hec profecto non cognouerunt
philosophi. hec fuerunt eis incer
ta. hec erant eis penitus occulta.
hec ante incarnationem filii tui. ex
ceptis paucis quos tu dilexisti. nul
lus hominum cognouit. Scrutatores
orbis curiosissimi. sapientes dico
huius seculi trans celum oculos le
uauerunt. et hanc tuam sapientiam inue
nire non poterunt. quia abscondisti
hec a sapientibus et prudentibus et
reuelasti ea puillis. id est. humilibus
piscatoribus et sanctis prophetis
tuis qui ea nobis tradiderunt. Si
ergo incerta et occulta sapientie tue
scripturarumque tuarum manifestasti
mihi. cur frustra ea cognosco. fru
stra autem cognosco illa. si me ad sa
lutem non producant. Nam et philoso
phi cum cognouissent deum. non sicut
deum glorificauerunt aut gratiam ege
runt. sed euauerunt in cogitationi
bus suis. Dicentes enim se esse sapien
tes stulti facti sunt. Num de nume
ro istorum me esse pariteris. Absit
Tu es enim ipsa misericordia. que
numquam penitus deserit. Parce ergo
domine. parce famulo tuo. et iube ipsum
esse in numero paruulorum tuorum.
ut incerta et occulta sapientie tue
que manifestasti ei. ducant eum ad

fontem sapientie. que est in excelsis
ut lauderis in opere misericordie
tue quam feceris cum seruo tuo domine.
quoniam quicquid deseris sperantes in te.

Asperges me domine isopo et mundabo
r. lauabis me et super niuem dealba
bor. Quia domine veritatem dile
xisti et incerta et occulta sapientie
tue manifestasti mihi. Spem ma
gnam concepi et confido. quod non repel
lis me a facie tua. Sed asperges
me isopo et mundabor. Isopus
est herba humilis. calida et odorifera.
que quid aliud significat. quam
filiu tuu domini nostru ihesus christi
Qui humiliavit semetipsum usque
ad mortem. mortem autem crucis. Qui
calore sue immense caritatis dilexit
nos. et lauit nos a peccatis nostris in
sanguine suo. Qui odore suauita
tis et mansuetudinis sue atque iusti
cie. totu mundu suauitate repleuit
Hoc ergo isopo asperges me. quoniam
virtutes sanguinis eius effundes
super me. quando per fides habita
bit christus in me. quando pro dilecto
nem ei coniunctus fuero. quando
humilitate eius et passiones imita
bor. Tunc mundabor ab omnibus
imundicijs meis. Tunc lauabis
me lachrymis meis a christi amore
fluentibus. Tunc laborabo in ge
mitu meo. lauabo pro singulis vo
cibus lectu meum. lachrymis meis
stratum meum rigabo. Tunc ergo la
uabis me. et super niuem dealba
bor. Nix enim candida est et frigid
a. ita profecto domine si me isopo

asperseris sup niuem dealbabor.
quia tua maxima luce perfundar
que omnem corporalem superat
candorem. et per eam amore cele
stium bonorum accensus omnes
carnis affectus relinquam. frigidus
ad terrena et ad celestia infla
matus.

Auditus meo dabis gaudium
et leticiam. et exultabunt ossa humili
ata. Tunc enim domine orabo ad te
mane. id est in initio lucis tue exaudi
es vocem meam. audiamque quid
loquar in me domine deus. Quonia
loquetur pacem in plebem suam
dabitque mihi pacem domine pacem
dabis mihi. quia in te speravi.

Auditus meo dabis gaudium et
leticiam. cum audiam quod audiuit
Maria. Et quid audiuit maria.
De illa loquor que fuit secus pe
des tuos. quid igitur hec audiuit.
fides tua te saluam fecit. vade in
pace. Audiam quoque quod audi
uit latro. Hodie eris mecum in pa
radiso. Gaudium itaque mihi erit
de remissione peccatorum. leticia
de promissione bonorum. Nunquam
non gaudebo et non letabor. quia
do reddes mihi duplicem pro omni
bus peccatis meis. Tunc gustare
inoptiam. quonia dulcis es do
mine. tunc discam in celestibus ha
bitare. tunc dicam cum propheta
Quam magna multitudo dulcedi
nis tue domine. quas abscondisti
timentibus te. Tunc gaudebo et
letabor. et exultabunt ossa humili

ata. Quid sunt ossa que carnem su
stinent. nisi anime rationalis vires
que carnis nostre fragilitatem por
tant. ne in omnia vitia fluctent. ne to
tus homo efficiatur caro penitusque
tabescat. Ossa ergo hec humiliata
sunt. quia nimis debilitata est
ratio. et voluntas ad malum valde
prona. Jam tam non caro obedit
rationi. sed ratio carni. Uicis re
sistere non possum. quia ossa mea
humiliata sunt. Et quare humili
ata. Quia reliquerunt te fontem
aque vite. et foderunt sibi cisternas
dissipatas que continere non va
lent aquas. quia gratia tua non sunt
replete. sine qua nemo potest bene
vivere. sine te enim nihil possumus
facere. Confidebant in virtute sua
que non erat virtus. Ideo defece
runt in stulticia sua. Veniat ergo
virtus tua domine. et exultabunt ossa
humiliata. veniat gratia tua. veni
at fides. que per dilectionem opera
tur. veniant virtutes et dona. et ex
ultabunt ossa humiliata. Exulta
bit quippe ratio. letabitur memo
ria gaudebit voluntas. Nimirum
exultabunt. quia extra se saltem dum
ad bona opera produunt. virtute ma
gna exercebunt in eis nec deficient.
sed te iuvante ad finem usque producent.

Averte faciem tuam a peccatis
meis et omnes iniquitates meas
dele. Cur domine respicis pecca
ta mea. cur numeras ea. cur adeo
diligenter consideras. Nunquid
nescis. quia homo tanquam flos agri.

cur non respicis potius in faciem
christi tui. heu me miserum. Cur vi
deo te mihi iratum peccavi. fateor.
sed tu benignus miserere mei.

Auerte faciem tuam a peccatis meis
facies tua cognitio tua est. Auer
te itaque cognitionem tuam a peccatis
meis. Non loquor de cognitione
simplicis apprehensionis. qua omnia
semper vides. sed de cognitione
approbationis et reprobationis.
qua opera iustorum approbas. et
peccata impiorum reprobando con
demnas. Noli peccata mea ita cog
noscere. ut mihi imputes ea. sed
aufer faciem tuam a peccatis meis
ut per misericordiam tuam deleantur
Respice domine quam creasti. respice
imaginem tuam quam formasti. Tu
enim creasti eam ad imaginem tuam
et ego miser superinduxi imaginem
diaboli. Auerte faciem tuam ab ima
gine diaboli. ut non irascaris mihi
et respice imaginem tuam. ut miserearis
mihi. O misericors domine recor
dare quia Zacheum ascendente in
arboris siccomorum respexisti. et in
domum eius descendisti. quod plane
nunc fecisses si imaginem diaboli
in eo respexistes. sed quia imaginem
tuam in eo videristi. compassus es ei
et salutem ei tribuisti. ipse male abla
ta restituere quod duplicata et dimi
ditur bonorum suorum pauperibus
erogare promissit. et consecutus est
misericordiam et salutem. Ego me to
rum irado tibi. nihil mihi reseruo
tibi semper sincero corde promitto

seruare. vota mea tibi reddas om
nibus diebus vite mee. Cur ergo
domine in me quoque non respicis ima
ginem tuam. ut quid adhuc peccata
mea consideras. Auerte obsecro
faciem tuam a peccatis meis. et omnes
iniquitates meas dele. Omnes ro
go dele. ut nulla remaneat. Scri
ptum est enim qui totam legem seruauit.
in uno autem offenderit factus
est omnium reus. id est factus est reus ge
henne que est pena omnium pecca
torum. que ducunt ad mortem. Dele
ergo omnes iniquitates meas. ne ul
la te offendant qua me omnium reum
faciat.

Cor mundum crea in me deus
et spiritum rectum innoua in visceribus
meis. Nam cor meum dereliquit
me. nunc de me cogitat. sue salu
tis penitus oblitus. per deulaya
gat. peregretus est. sequitur vani
tates. et oculi eius in fines terre.
vocaui eum. et non respondit mihi
abijt. perijt. in peccatis venunda
tum est. Quid ergo domine. quid dicam
Cor mundum crea in me deus. cor
humile. cor mansuetum. cor pacifi
cum. cor benignum. cor pius. quod
nulli inferat malum. quod malum
pro malo non reddat. sed pro ma
lo bonum. quod te super omnia diligat.
te semper cogitet. de te loquat. ti
bi gratias agat. in hymnis et can
ticis spiritalibus delectetur. in celis
conuersetur. Cor tale crea in me de
us. ex nihilo producat illud. ut quod
non potest esse per naturam. fiat tale per

gratiam. hec enim a te solo p creationē in aīam venit. hec est forma cordis mundi hec oēs virtutes secum trahens. oīa vicia pariter expellit. Cor itaq; mundū p gratiā tuam crea in me deus z spiritum rectū in noua in visceribus meis. Spūs enim tuus deducet me in vias rectā. quia me a terrenis affectibus purgabit. z ad celestia subleuabit. Amans enim z amatum sunt vnū. qui ergo amat corpora corpus est. qui vero spiritum diligit. spiritus est. Da mihi spiritus te amantē. teq; summū spm adoramē. nā spūs est deus. z coa qui adorant eum. in spiritu z veritate oportet adorare. Da spm rectum nō que sua sed que tua sunt querētē. In noua spm rectū in visceribus meis. in noua. quia primum quē mihi dederas peccata mea extirperunt. da spm nouū. qui in nouo quod inueteratū est. nam aīa mea spūs est. z a te ita creata vt in se recta sit. ex natura em̄ sua te super se amat. z propter te oīa desiderat. nā amor naturalis rectus est. eo q; a te est. sed ex praua voluntate sua inueteratus est. z amorē naturale cōtabescere facit. in noua ergo hunc spiritū z hunc amorē p gratiam tuā. vt recte incedat sedm naturā suā in noua in visceribus meis vt itus radices ita firmet. vt nūq; amplius possit euelli. in noua inq; in visceribus meis. vt semp amore celesti me vrat. semp me faciat

ad te suspirare te iugiter amplecti z nunq; deserere.

Ne proicias me a facie tua z spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Ecce dñe sto ante faciē tuam vt inueniā misericordiā tuā. Sto ante bonitatē z benignitatē tuam expecto gratā responsionē tuam. ne proicias me a facie tua confusum. Quis vnq; dñe venit ad te z cōfusus abscessit Quis rogauit faciē tuā. z vacuus abiit. Certe habūdātia pietatis tue z merita supplicū excedis z vota pluraq; prestatas. q; hoies desiderare aut intellegere possint. a seculo nō est auditum q; venientē ad te proieceris a facie tua confusum. Nunq; dñe primus ero a facie tua proiectus an a me vis inticiū habere confundendi venientes ad te. num amplius non vis misereri z parcere ab sis. Cananea te sequebatur. clamabat. vocibus aera implebat. discipulos tuos ad cōpassionē prouocabat. z tu tacebas. ipa perseuerabat pulsans. te adorabat dicens. dñe adiuua me. at tu nec sic respōdebas. discipuli rogauerunt p ea dicentes. dimite eam. q; clamat post nos. Quid obsecro. qd dñe eis respōdisti. equidē q; in aniter flebat q; frustra laborabat. Dixisti em̄. nō sus missus nisi ad oues que perierāt domus israel. Quid hoc audito debuit cananea facere Utiq; de gratia quā desiderabat desperare. nec tñ desperauit. sed

b

confidens de tua misericordia iterum rogabat dicens. dñe adiuua me. Cui importune insistens dñe rñ disti. Nō est bonū tollere panē filiorū z mittere canibus. ac si patienter dixisses. recede a me. Vos cananet canes estis. imundi estis idolatre estis. dona gratiarū celestī ad vos non p̄tinēt. nō debeo ea tollere indeis deū versū colentibus. z dare vobis canibus demones adorantibus. Quid nunc facies o cananea. Erubescere iam z recede. qz iratus est dñs. non soluz ubi. sed z vnuerse gēti tue. Quis dñe deus ad hec verba tua confusus non recessisset. Quis non submurmurasset. quis nō te crudelez iudicasset. z tū hec ipsa mulier in oratione p̄sistit. spem non amisit. verba dura nō egre tulit. nō irata est. Sed magis humiliata z ipeitione persistēs confidenter dixit etiā dñe. verū est qd̄ dicis. sed parē non peto gratias filiorū nō postulo. qz carula ego sum. micas peto que cadūt de mensa filiorū tuorum. Ipsi miraculis z gratijs habuident. mibi autē hec mīma gratia non neget̄ vr filia mea a demonio liberet̄. Nā z catelli edunt de micis que cadūt de mensa dñorū suorū. Ecce quāta fides. quāta fiducia. quāta humilitas. Ideo tu nō iratus de eius importunitate sed gaudens de illius fide dixisti. **O mulier magna est fides tua. si at tibi sicut vis.** Cur hec scripta

sunt dñe deus. et discam illa in te sperare. vt in oratione pie z humiliter pseueremus. quia dare vis. Sed regnū celorum vtm patit̄ z violenti rapiunt illud. Quocūqz em̄ scripta sunt ad nostros doctri nam scripta sunt. vt p̄ patientiam z consolationē scripturarū spem habeamus. Ne ergo p̄icias me a facie tua dñe. q̄ die noctūqz ante faciē tuam flens z etulans sto. nō vt me liberet̄ a demonij opp̄ssione corporali. sed vt etiam meā crepias ab eius potestate spiritali. Ne me confundas bene Jesu. qz in te solo spero. nō est mibi salus nisi in te dñe. Dēs em̄ dereliquerunt me. nam z fratres z filij abiecerūt me. viscera mea abominant̄ me. Nemines amplius habeo ad iutorē p̄ter te. Ne ergo proicias me a facie tue. z sp̄m sanctū tuū ne auferas a me. Nemo potest dicere dñs ihesus nisi in sp̄s sancto Itaqz si ego inuoco te dñe: hec hoc facio i sp̄s sancto. Si de peccatis cōmissis doleo si veniā peto hoc certe facio i sp̄s sancto. Ideo te obsecro sp̄itū sanctū tuum ne auferas a me. vt mecū sit z mecum laboret. nā qd̄ oramus sicut oportet nescimus. Sed sp̄s adiuuat infirmitatē nostrā. z postulat pro nobis. i. postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Nec ergo sp̄itū sanctū tuū ne auferas a me vt me orare doceat. z i labore me adiuuet faciatqz me i orationibus

persistere et lachrymis. ut tandem
inuentam gratiam coram te. et ser
uiam tibi omnibus diebus vite
mee.

Redde mihi leticiam salutaris
tui et spiritu principali confirma me
Rem magnam peto domine. quoniam tu es
deus magnus dominus et rex magnus
super omnes deos. tibi iniurias factae sunt
a te parua petit. Parua sunt omnia
que transeunt. parua omnia corporalia.
magna et preciosa. spiritualia. Tolle
spiritum. tolle animam a corpore quid re
manet nisi sterces. quod nisi puluis
et umbra. Ergo tamen distat inter spi
ritum et corpus. quantum inter corpus
et umbram eius. Qui igitur petit a te
corporea parua petit. quae vero spiri
tualia. magna profecto postulat
Maxima autem qui tui salutaris le
ticia petit. Quid est enim salutare
tuum. nisi iesus filius tuus. hic est
verus deus et vita eterna. Cur er
go a te patre immenso et liberalissi
mo hoc salutare non petam. quem
pro me super lignum tradidisti. Tu enim
mihi abstulisti. quare petere ipsum
erubescam. Maximum et infinitum
munus est. non sum ego tanto mu
nere dignus. te tamen decet tam ma
gna dare. Propter hanc itaque in
effabilem pietatem audeo ad te fidu
cialiter accedere. et salutaris tui le
ticia petere. Nam si a patre carnis
sue petierit quispiam filius piscem
nunquid porriget ei serpentem. et si
petierit ouem. nunquid dabit ei scor
pionem. Et si petierit panem. nunquid

dabit ei lapides. Si ergo patres
carnales cum mali sint et peccato
res. volunt bona eis a te data da
re filiis suis. quanto magis tu pa
ter celestis. qui per essentiam bonus
es. dabis spiritum bonum bonis
petentibus te. Ecce filius tuus de
regione longinqua reuersus do
lens et penitens. petit a te piscem
fidei. sicut enim piscis latitat sub
aquis. ita fides est de his que non
videntur. petit dico. fidem veram
ut letet in salutari tuo. nunquid
porriges ei serpentem. nunquid
dabis ei infidelitatis venena de
toruoso et antiquo serpente dia
bolo proficiencia. Peto a te domine
ouum spei. ut sicut ex ouo speratur
pullus. ita ex spe ad visionem salu
tatis tui mihi venire concedas. ut
de ipsa spe egrediatur visio quasi pul
lus de ouo. Peto ouum spei. ut
inter spe ipsa saluetur anima mea
in hac lachrymarum valle et letet in
salutari tuo. Nunquid dabis mihi
desperationis scorpiones. ut sicut
scorpio in extremitate caudae ha
bet venenus. ita et ego in extremo
vite reseruem peccatus. blandiarque
mihi in illecebris mundi sicut scor
pio in facie blandiri videtur. Peto
etiam a te panem charitatis chri
sti quae se sicut panis omnibus com
municat. ut semper gaudeam in
salutari tuo. nunquid lapides da
bis mihi. hoc est cordis duricia.
Absit. Cur itaque diffidam pete
re et impetrare magna a te domine.

qui me cecitas et inuitas ad peten-
dū et pulsandū vsq; ad impo-
nitatē. Quid vero tibi gratuz ma-
gis. et mihi salubrius petere pos-
sum. quā vt reddas mihi leticias
salutaris tui. Jā gustauit quā dul-
cis sit dñs. quam leue et suaue sit
onus eius. Nemo sum quanta
pace. quanta animi trāquillitate
fruebar. qñ in dño gaudebā et ex-
ultabā i deo Jesu meo. Ideo nūc
magis doleo. qz scio qd perdidī
scio q̄ maxima bona amisi. ideo
iportune clamo. Redde mihi leti-
ciā salutaris tui. Redde qd p pec-
cata mea mihi abstulī. redde qd
mea culpa perdidī. Redde obse-
cro per merita eius qui semp stat
ad dexterā tuā et interpellat p no-
bis. vt per ipm sentias te mihi pla-
catū. vt sit signaculū sup cor meū
vt dicas cū aplo. Christo cōsirus
cruce. viuo autē iam nō ego. viuit
vero in me xps. Verū qz magna
est fragilitas mea. Spū principa-
li cōfirma me vt nullis perturbatio-
nibus a xpo seperari valeā. nullis
terroribus a te recedere nullis cru-
ciatibus infirmari. Nō em̄ virtus
mea tāta est. vt pugnare possit cū
antiquo serpēte et ei pualere. Pe-
trus me docuit quanta sit infirmi-
tas nostra ipse vidit te dñe Jesu
et tecū familiarissime conuersatus
est. gloriā tuā in mōte gustauit.
qñ transfiguratus es. vocē patris
audiuit. Mira opa tua oculis su-
is cōspexit. ipse quoq; virtute tua
miracula plura fecit. Sup aquas
pedibus ambulauit. v̄ba tua tam
potentia tam suauiā quouitidie au-
dituit. feruentissime fidei videbat.
dicebatq; se paratū tecus et in car-
cerē et in mortē ire. et cū negationē
ipsius denūciātes ei nō tibi crede-
bat. in virtute sua confidebat. ma-
gis sibi hominī q̄ tibi deo fidem
adhibebat. At cū ancilla dixit ei.
Tu de illis es. illico territus nega-
uit. Venit alia ancilla et dixit. Ve-
re tu ex illis es. iterū negauit. Nō
potuit corā mulieribus stare. quō
stetisset corā regibus et tyrānis et
cū iterū ab astētibus interrogaret
et accusaret. cepit iurare et detesta-
ri. quia nō nouisset te. quid putas
dicebat. Arbitror qz p deū et per
legē Moyfi iurabat qz te non no-
uerat. et detestabat dicens. Pura-
tis vos me discipulū huius sama-
ritani. seductoris ac demoniaci. q
legē nostram destruxit. Ego disci-
pulus suus Moyfi. hūc autē nescio
vnde sit. Deo gratias qz cessauit
interrogatio. Si em̄ nō cessasset
interrogatio. nec quidem cessasset
negatio. Mille interrogationes
mille fuissent negationes. imo mil-
le piurta et detestationes. Sz he
interrogationes fuerūt verba qd
rogo si iudei venissent ad verbera
Nihil certe Petrus reliq̄isset. quo
se p negationes et piurta. detesta-
tiones ac blāspemias de manibus
eorū explicuisset. Tu autē pie dñe
respexisti eum. et statim peccatum

suū cognouit. nec tñ ausus est in
med iū profilitre z cōfiteri te filius
dei esse. qz nōdus cōfirmatus erat
virtute ex alto. Nā pculdubito ite
rum negasset. si flagella sibi ppa
rata vidisset. ideo matoriore con
silio egressus ē foras z sicuit ama
re. Tu sō post resurrectionē tuaz
apparuisi ei. consolatus es eū. nī
hilominus latebat ppter metum
iudeorū. vidit te in celis tam glo
riose ascēdēte. z angelorū visiōe
consolatione qz cōfortatus est. nec
tñ in publicū prodire audebat. ex
pericūta q̄ppe didicerat fragilita
tē suā. pbauerat infirmitatē. ideo
expectabat. pmissum spm̄ sanctū.
venit. z repleuit grā pccus eius.
Tunc pdijt. tūc loqui cepit. tunc
virtute magna testimonius resur
rectionis tue reddidit. tūc principes
sacerdotuz z reges nō timuit. sed
gloriabatur in tribulationibus. cru
cem qz p sūmis delictis amplexa
bat. Itaqz dñe in spū principali
confirma me. vt iugiter pmanē
in leticia salutaris tui. alio qn con
tra tot bella persistere nō possum
Caro concupiscit aduersus spm̄.
Mūdus vndiqz me premit. dia
bolus non dormit. da mihi sō tūc
spūs tui vt cadāt a latere meo mil
le z decē milia a dextris tuis. meis
vt sim fidelis z fortis testis fidei
tue. Si. n. Petrus quē tot mune
ribus z gratijs donaueras ita mi
serabiliter cecidit. quid ergo dñe
qd̄ facerē. Qui necē in carne vt

di. nec gloriā tuā in monte gusta
ui. nec miracula tua conspexi. qn
imo opa tua mirifica vix a longe
intellexi tuāqz vocē nunqz audiui
sed in peccatis semp̄ fui. Spiritu
itaqz pncipali confirma me. vt in
tuo obseq̄o pscuerare valeā. z da
re pro te animam meam.

Docebo in iqs̄ vias tuas z im
pū ad te cōuertent Nō hoc dñe te
meritati ascribas si docere cupio
in iqs̄ vias tuas. Non. n. iniquus
infamis z in vinculis in iqs̄ doce
re cupio. sed si reddideris mihi le
ticia salutaris tui. si me spū pnci
pali confirmaueris. si me liberus
miseris. tūc docebo in iqs̄ vias tu
as. nō. n. hoc est tibi difficile q̄ de
lapidibus potes suscitare filios
Abrae. nec pctā possunt obstare
tibi si volueris hoc facere. qn̄ imo
vbi habūdauit peccatū sup̄ habū
dauit z grā. Paulus spirans mi
narū z cedis i discipulos dñi. po
testatē accepit. vt si quos iuenerit
viros ac mulieres te sequentes tu
amqz fides confitentes vincitōs p
duceret in ierlm̄. Ibat̄ igif furia
iuectus sicut lupus rapax vt oues
tuas disperderet raperet z occide
ret. dum ergo esset in via in seruo
re psecutionis. in actu peccati. dū
te psequeret. dum tuos occidere
vellet. dum nulla ei inesset ad gra
tiaz pparatio. nullaqz peccati cog
nitio. qn̄ totis viribus tibi aduer
sabat z blaffemabat teqz detesta
bat. ecce vox pccatis tue sup̄ cum

dicēs. Saule saule qđ me psequeris. q̄ voce illico prostratus & erectus est. prostratus corpore. erectus mente. excitasti dormientē oculis somno grauatū. infudisti lucem tuā. ostēdisti faciē tuam. effudisti ineffabilē misericordiā tuā. Surrexit mortuus. oculos aperuit. vidit te & ait. Dñe qđ me vis facere. Misisti lupū ad agnū. misisti eū ad Ananiā. Baptisatus est & repente spūs sancto repletus. factus est vas electionis ad portandum nomētū coram regibus & gentibus & filiis israel. Continuo ergo ingressus synagogas intrepidus p̄dicauit te affirmans. qm̄ tu es xp̄s. Disputabat. iualefcebat & cōfundebat iudeos. Ecce dñe quis statim de persecutore fecisti eum p̄dicatōrē. & talem ac tam magnū vt plus ceteris aplis laborauerit. Mira virtus tua. si volueris de iniquo facere iustū. de persecutore p̄dicatōrē. Quis phibeat. Quis resistet tibi. Quis dicere poterit. cur ita facis. Dia q̄cūq; voluisti fecisti in celo & in terra. in mari & in oibus abyssis. Non ergo arrogantie imputes. si nō me sed tua fēute docere cupio iniquas vias tuas. Scio. n. me nihil tibi offerre posse. qđ oculis tue pietatis magis placet. hoc sacrificiū est oim̄ maximū nihil etiā possus offerre tibi vtilis. Si ergo me in aliū virtum mutaueris. Docebo iniquas vias tuas. Nō vias Platonis nō Aristotelis. nō implicationes syl

logismorū. nō philosophie dogmata. nō rethorū inflata s̄ba. nō negocia secularia. nō vias vanitatis. nō vias ducentes ad mortē. s̄ vias tuas & p̄cepta tua que ducūt ad vitā. non vnā viā tm̄. sed multas vias. qz multa sūt p̄cepta tua. oēs in iste vite terminant ad vnā. oēs em̄ in vna copulant caritate. q̄ adeo contungit aios fidelitū. vt fiat eis cor vnu & aia vna in dño. vel certe diuerse vite diuerse sūt vite. p̄ aliā nāq; incedūt clerici. p̄ aliā monachi. p̄ aliā mendicantes. aliaq; tenent inrimonio cōiuncti. alia in v̄ditate degētes & continētes. alia virgines. alia sequunt p̄ncipes. alia doctores. deniq; diuersi status hoim̄ p̄ diuersas vias ad patriā celestē p̄ficiunt. Docebo itaq; iniquas vias tuas. vnus quēq; in p̄ conditionē & captū suū & impij ad te cōuertent. qz p̄dicas bo eis nō meipm̄. sed xp̄m crucifixū. ideo nō ad laudes meas. sed ad te cōuertent. relinquēt. n. vias suas vt veniētes ad tuas. p̄ eas incedant & ad te perueniant.

Libera me de sanguibus deus. salutis mee. & exultabit lingua mea iusticiā tuam. In multis sanguinibus suffocor. & de profundis eorū clamo ad te dñe. dñe exaudi vocē meā. Ne differas dñe. quis mortip̄imus sum. Sanguines mei. peccata mea sunt. Sicut em̄ in sanguine est vita carnis. ita in peccato est vita peccatoris. effunde sanguinē mortis aial effunde q

confessione peccata. mortis peccator et iustus efficit. Ego igitur non solum in sanguine involutus sum. sed etiam in sanguinibus immerfus gurgites sanguinum me trahunt ad inferos. Succurre mihi domine ne pereas. libera me de sanguinibus deus. qui omnia gubernas et moues qui solus potes me liberare. in cuius manu est spiritus vite. libera me de sanguinibus deus auctor salutis mee. Deus in quo solo est salus mea. libera me domine sicut liberaisti Noe de aquis diluuii. libera me sicut liberaisti Loth de incendio Sodomorum. libera me sicut liberaisti filios israel de profundo maris rubri. libera me sicut liberaisti Jonam de ventre ceti. libera me sicut liberaisti tres pueros de camino ignis ardentis. libera me sicut liberaisti Petrum de periculo maris. libera me sicut liberaisti Paulum de profundo pelagi. libera me sicut liberaisti infinitos peccatores de manu mortis. et de portis inferni. Et exultabit lingua mea iusticiam tuam. id est propter iusticiam tuam quam in me sentiam per gratiam tuam. Iusticia enim tua ut dicit apostolus. Est per fidem Jesu christi in omnes et super omnes qui credunt in eum. Exultabit itaque lingua mea laudando hanc iusticiam tuam. ex tollendo gratiam tuam. magnificando pietatem tuam confitendo peccata mea. ut in me laudet misericordia tua. que tam magnus pec

cato: em dignata sit iustificare. ut cognoscam omnes homines. quod saluas sperantes in te et libera eos de manu angustie domine deus noster.

Domine labia mea aperies. et os meum annuntiabit laudem tuam. Magna res est laus tua domine. et de tuo fonte procedit. de quo non bibit peccator. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Libera ergo me de sanguinibus deus deus meus salutis mee. et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Tunc domine labia mea aperies. et os meum annuntiabit laudem tuam. Tu enim habes clauem David qui claudis et nemo aperit. et apertis et nemo claudit. Tu ergo aperies labia mea sicut aperit agniti labia infantium et lactentium. ex quorum ore proficisci laudem tuam. hi profecto fuerunt prophete et apostoli ceterisque sancti tui qui te simpliciter et puro corde et ore laudabant non autem philosophi et oratores qui dixerunt linguam nostram magnificabimus. labia nostra a nobis sunt. quis noster deus est. Aperiebant ipsa labia sua. non tu aperiebas ea. ideo ex eorum ore non proficisci laudem tuam. Infantes tui domine laudabant te. et seipos despiciebant philosophi dum se laudare gestiebant seipos magnificare volebant. Lactantes tui laudabant gloriam tuam. quas per gratiam supercelestem cognoscebant. philosophi per sola naturalia te cognoscentes laudes tuas perfecte exprimere non poterant.

b. uij

Sanctus te corde et ore bonis
opibus te laudabāt. philosophi
solis vobis et inflata sapientia pueri
tui in toto terrarū orbe laudes tu
as diffuderūt philosophi vix pau
cis discipulis p̄dicauerūt. Amici
tui laudibus tuis innumerabiles
hoīes a peccatis ad virtutes et ad
verā felicitatē cōuertebāt. philoso
phi nec veras virtutes nec veram
felicitatē cognoscebāt. Dilecti tui
ineffabilem pietatē tuā quā oñdisti
in filio caritatis tue p̄dicauerūt.
philosophi hāc nullo pacto intel
ligere potuerūt. Ex ore itaq̄ isan
tū et lactentiū p̄fecisti laudē tuā
Semp. n. tibi soli placuit exalta
re humiles et humiliare sup̄bos
Quia ergo sup̄bis semp̄ resistis.
da mihi verā humilitatē. ut ex ore
meo p̄ficias laudē tuā. Da mihi
cor puuli. qz nisi cōuersus fuerō si
cut puulus nō potero introire in
regiū celorū. fac me sicurū de
infantibus et lactentibus tuis ut sp̄
pendeā ab vberibus sapientie tue.
qz meliora sunt vbera eius vino. et
melior est sapia cūctis opibus. et
oīa q̄ desiderant huic nō valēt cō
parari. infinitus. n. thesaurus est
hoībus. quo q̄ vñ sūt p̄ticipes fa
cti sunt amici tui dei. Si ergo me
puulū feceris. laudē tuā i ore meo
p̄ficiēs. **Tūc. n.** aperies labia mea
et os meū annūciabit laudē tuam
annūciabit q̄ppe p̄fecte sicut ex
ore isantū et lactentiū p̄fecisti laudē
Qm̄ si voluisses sacrificiū de

dissem vtiq̄ holocaustis nō dele
craberis. Os meū dñō annūcia
bit laudē tuam. **Scio. n.** hoc tibi
gratissimū eēt. cū p̄phetā dīcas.
Sacrificiū laudis honorificabit
me. et illiciter quo ostendā illi sa
lutare meū. offerā itaq̄ laudē tibi
laudē inq̄ infantū et lactentiū p̄
oībus p̄ctis meis. **Et** q̄re laudes
potius q̄ sacrificiū offeraz tibi p̄
p̄ctis meis. **Qm̄** si voluisses sacrifi
ficiū dedissem vtiq̄ holocaustis
nō delectaberis. Nūq̄d sanguine
hircorū aut vitulorū placari pote
ris. Nūq̄d manducabis carnes
thaurorū. aut sanguinē hircorum
porabis. An forte aurū q̄ris. qui
celū et terrā possides. Num vis
corpus meū sacrificiū tibi qui non
vis mortē peccatoris. sed magis
ut cōuertat et viuat. Castigabo tñ
cū mēsurā carnes meā. ut p̄ grām
tuā rōni subiecta sit ei q̄ deseruit.
naz et in hoc si mensurā excessero
mibi iputabit ad peccatū. Rōna
bile inq̄t ap̄tus tuus. obsequium
v̄rm. Tu quoq̄ dixisti p̄phetas
misericordiā volo et nō sacrificiū
Igit̄ os meū annūciabit laudem
tuā. qz hec oblatio honorificat te
et p̄dit nobis iter ad salutare tuū
paratū cor meū deus. paratū cor
meū. paratū p̄ grām tuā ad oīa q̄
tibi grata sunt faciēda. hoc vnus
inueni tibi acceptissimū. hoc offe
rā tibi. hoc semp̄ erit i corde meo
hoc personabunt labia mea. qm̄
si voluisses sacrificiū corporale.

utiq; dedisset. paratū. n. cor meū
p grām tuā. vt impleat volūtātē
tuas. sed hmoi holocaustis nō de
lectaberis corpa. n. fecisti propter
spūs ideo tu spūalia nō corporea
qr̄is. Dicit. n. i quodā loco. Pre
be fili mi cor tuus mihi. hoc est sa
crificiū qd tibi placet. cor dolore
peccatorū z amore celestiu bono
rū inflāmarū offerat tibi z ne q̄q̄
amplius repetat. hmoi holocau
sto tu delectaberis.

Sacrificiū deo spūs contribu
latus. cor cōtritus z humiliatū de
us nō despicias. Spūs quidem
cōtribulatus. nō caro cōtribulata
tibi placet. Nā caro cōtribulat. qz
terrena q̄ optat nō habet. vel certe
in se sentit que odit. Spūs vero
cōtristat de culpa eo qz sit contra
deū que amat. Dolet se suus crea
torē z redēptorē offendisse. se san
guinēcius desperisse. se taz bonū
z dulcē patrē cōtrēpisse. hic ergo
spūs cōtribulatus sacrificiū est et
bi odoris suavissimū. ex aromati
bus. n. amarissimā. i. ex memoria
peccatorū cōficiat. Dum. n. pctā in
morariolo cordis colligunt. z pi
stillo cōpūctionis cōtundunt in
pulverezq; redigunt atq; ad s la
chrymarū humectant. inde sit yn
guentū z sacrificiū suavissimū ti
bi. qd c blotū nequa q̄ despicias.
Nā cor cōtritū z humiliatū deus
nō despicias. Qui ergo cor suum
saxēū ex durissimis peccatorū la
pidibus cōstructū frāgit z cōterit

vt in vnguentū cōstiat cōtrito
nis in habūdantia lachrymarū z
de peccatorū mltitudine aut gra
uitate mīme desperās humiliter
tibi hmoi sacrificiū offert. nullo
modo a te despiciet qz cor cōtritū
z humiliatū deus nō despicias.
Maria magdalena i ciuitate pec
catrix tale vnguentū cōfecit i alaba
stro cordis posuit domū pharisei
ingredi nō tūmuit. secus pedes tu
os pstrata est. flere iter epulas nō
erubuit. dolore pssa nō loquebat.
sed cor eius i lachrymas se luebat
quibus lauit pedes tuos capillis
suis terfit. vnguento vnxit. z nō ces
savit osculari. ds audiuit vnq; ta
le. aut ds vidit huc sile. Placuit
itaq; tibi hoc eius sacrificiū. z
adeo gratus fuit vt phariseo q̄ iu
stus videbat eā ptuleris. s̄ bis. n.
tuis insinuasti tm distare inter iu
stificationē Marie z iusticiā pha
risel q̄tus inter se distāt lauare pe
des aq; z abluere lachrymis. oscu
lari semel faciē z nō cessare oscula
ri pedes. vngere caput oleo z vn
gere pedes vnguento p̄ciōssimo
quāto longe amplius Maria p̄
stabat phariseo. qz ipse nec aquā
nec osculus nec oleū tibi exhibue
rat. O magna virtus tua dñe n a
gna potētia tua. q̄ se maxie parē
do z mīl. rādo manifestat. video
igit qz cor cōtritū z humiliatū de
us non despicias. Idcirco hmoi
cor tibi offerre studeo nec oportet
me hoc verbis suadere. quia tu eo

deus qui scrutaris renes et corda
Suscipe ergo et hoc sacrificium
meum quod si forte imperfectum est tu quod
solus potes ipsius precare ut fiat hoc
locustus. id est totus incensus ardore
sue mensure caritatis. ut tibi placeat
aut ut ipsum saltem non despicias. Si
enim non despereris. scio quod inueniam
gratum coram te. et post hoc nullus
sanctorum tuorum siue in celo siue
in terra me despiciet.

Benigne fac in bona voluntate
tua syon. ut edificentur muri iherusalem
Quia enim scriptum est. cum sancto san-
ctus eris. et cum viro innocente inno-
cens eris. et cum electo electus eris
et cum puero puereris. valde cu-
pio omnes homines saluos fieri et ad
agnitionem veritatis venire. hoc enim
et tuis necessarium et mihi utile esset.
Nam coram orationibus meritis et ex-
emplis resurgerem. et ad meliora
quotidie provocarer. Rogo ergo
te domine quousque peccator. Benigne
fac in bona voluntate tua syon. ut
edificentur muri iherusalem. Syon est ec-
clesia tua. Nam syon interpretatur spe-
cula. quod ecclesia tua per gratiam spiritus
sancti gloriam dei pro capite huius
vite speculat. hinc dicebat apostolus.
nos reuelata facie gloriam domini spe-
culantes in eandem imaginem trans-
formamur a claritate in claritate
tamquam a domini spiritu. Domine deus quousque par-
ua est hodie ecclesia tua. Jam to-
tus mundus deficit nam longe plu-
res sunt infideles quam christiani. Inter
christianos sunt vbi sunt. qui relictis

terrenis gloriam domini speculant.
Paucos certe inuenies comparatio-
ne eorum qui terrena sapiunt. quorum
deus vester est. et gloria in confusio-
ne ipsorum. Benigne fac domine in bo-
na voluntate tua syon. ut augeantur
merito et numero. Respice de ce-
lo et fac benigne iuxta consuetudi-
nem tuam. ut ignem caritatis e celo
emittas super nos. qui consumat omnia
peccata nostra. fac domine in bona vo-
luntate tua. ut non secundum peccata nostra fa-
cias nobis neque secundum iniquitates
nostras retribuas nobis. sed fac no-
bis secundum magnam misericordiam tuam.
Tu domine pater noster et redemptor
noster. tu pax et gaudium nostrum. tu
spes nostra et salus eterna. omnes ergo
te bona expectant. dante te illis col-
ligent. aperiente manum tuam omnia im-
plebunt bonitate. Auertente autem
te facies turbabunt. auferes spiritum
eorum et deficient. et in puluere suum
reuertentur. Emitte spiritum tuum et crea-
buntur et renouabis faciem terre. domine
obsecro quam vilitas in dante te tot
miliu hominum. Infernus impletur. ec-
clesia quotidie euacuat. Exurge
quam obdormis domine. exurge. et ne
repellas in fines. Benigne fac in
bona voluntate syon. ut edificentur
muri iherusalem. Quid est iherusalem que inter-
pretatur visio pacis. nisi beatorum ciui-
tas sancta que est mater nostra. huius
muri conuerunt. qui lucifer cum an-
gelis suis corruit in quorum loca
assumuntur homines iusti. Benigne
igitur fac domine syon. ut cito impleatur

numerus electorū. et edificentur p̄ficianturque muri istius ex lapidibus novis te semp̄ laudantibus et permanentibus in eternum.

Tūc acceptabis sacrificiū iusticie oblationis et holocausta tūc imponent sup̄ altare tuū vitulos. Tūc. n. benigne feceris i bona voluntate tua syon. acceptabis sacrificiū iusticie. acceptabis dico. qz igne tue caritatis cōsumes. sic em̄ sacrificiū Moysi et sacrificiū Helie acceptasti. tūc em̄ sacrificia iusticie acceptas. qm̄ aīas que iuste vivere satagunt. gratia tua impinguas. Quid. p̄dest sacrificia tibi offerre. qm̄ nō acceptas ea. o dñe. Et offerimus hodie sacrificia que tibi grata nō sunt sed potius abominabilia. offerimus. n. sacrificia nō iusticie. sed cerimonie nre ideo nō sunt accepta. Ubi nūc ap̄forū gloria. vbi martirū fortitudo. vbi p̄dicatorū fructus. vbi monachorū sancta simplicitas. vbi p̄morū xp̄ianorū virtutes et opa. Tūc. n. acceptabis eorū sacrificia quādo gr̄a tua et virtutibus eos exornabas. Si q̄s tu benigne feceris syon in bona voluntate tua. tunc acceptabis sacrificiū iusticie. qz populus incipiet bene vivere et mandata tua servare ac iusticiā facere et sup̄ sp̄m erit bñdictio tua. Tūc oblationes sacerdotū et clericorū tibi accepte erūt. quia relictis terrenis ad p̄fectiorē vitas sese accingent. et unctio benedictionis tue

erit sup̄ capita eorū. tunc grata tibi erūt holocausta religiosorū. q̄ relicto torpore et tepiditate eliminata. incendio dīvini amoris cōsumantur. Tunc ep̄i et p̄dicatores ip̄erent sup̄ altare tuū vitulos. qz in oī virtute cōsumantur et sp̄s sancto repleti. nō dñbitabūt penere aīas suas p̄ ouibus suis. Altare. n. tuū qd̄ est nisi crux tua bone iesu. sup̄ quā oblati fuisti. Quid vitulus lascivus significat nisi corpus nrm̄. Tūc ergo imponent sup̄ altare tuū vitulos. quādo corpora sua offerēt cruci. i. cruciatibus et mori p̄ noīe tuo. Tūc floreat ecclesia. tūc dilatabit terminos suos. tūc laus tua resonabit ab extremis terre. tūc gaudiū et leticia occupabit orbē terrarū. Tunc exultabūt sancti in gloria. letabunt in cubilibus suis. expectātes nos in terra vivētiū. fiat obsecro dñe nūc mihi. illud tūc. vt miseraris mei scdm̄ magnā misericordiam tuā. vt suscipias me in sacrificiū iusticie. in oblationē sanctimonie in holocaustus religiose vite. et in vitulū crucis tue. p̄ quā trāsire merear ab hac valle miserie ad gloriam illā. quā p̄parasti diligētibus te. Amen.

Explicit expositio ac meditatio in psalmo Miserere. fratris Hieronymi de Ferraria ordinis p̄dicatorū. Impressum Auguſte p̄ Johannē Froschbauer. cccc.



